UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Herculano ep[iscop]o. Cap[itulum]. clxiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶ De ſctō Iohanne viro dei confeſ. Cap. clix.

Iohānes vir ſctūs anachorita in deſerto ſutrie claruit: q̇ totius gratie hō fuit: in quo vt dicit hieronymus vbi ſupꝛa: tāta cōſolationū gratia refulſit: vt quecūq̧ meſticia quocunq̧ tedio quis oppꝛeſſus fuiſſet: paucis eiꝰ ſermonibꝰ alacritate ⁊ leticia repleret̄: ſed ⁊ ſanitatū gr̄a plurima ſibi a deo donata eſt. Hec in vitis patrum.

¶ De ſanco Romano abbate. Cap. clx.

Romanus abbas in territoꝛio lugdunēſ. in locis virētibus claruit. Qui primꝰ in eodē loco vitā heremiticā duxit: ⁊ multis virtutibus ⁊ miraculis inſigniter effulſit: ac plurimoꝝ poſtmodū pater extitit monachorum. Qui ⁊ in eodē loco ſanctitate famoſus: in chriſto quieuit pridie kalendas martij. hec vſuardus.

¶ De Tranſlatione ſancti Auguſtini epiſcopi. Cap. clxi.

Trāſlatio coꝛpis ſancti auguſtini facta eſt anno domini. cccccccc. xviij. trāſactis ab obitu ſancti annis. cclxxx. tpe alipꝛādi regis longobardoꝛu. Nam cum beatus doctoꝛ apud hipponēſ. ciuitatē aphꝛice: cuiꝰ epūs fuit in dn̄o quieuiſſet: ibiq̧ ſepultꝰ fuiſſet. Poſt aliqd̓ tp̄s barbari terrā illā occupauerūt: ⁊ loca ſctā pꝛophanauerūt: ꝓpter qd̓ fideles coꝛpꝰ ſancti auguſtini inde e tulerūt: ⁊ ip̄m in ſardiniā trāſtulerūt. Tpe igit̄ p̄miſſo alipꝛādus p̄dictus longobardoꝝ rex audiēs ſardiniā a ſaracenis depopulatā: ſolēnes illuc nuncios miſit: vt doctoꝛis ſcti reliq̄as papiā deferrēt: q̇ magno p̄cio dato coꝛpꝰ ſcti auguſtini tulerunt: ⁊ ip̄m vſq̧ ianuaꝫ nauigio adduxerūt. Quod deuotꝰ rex audiēs vſq̧ ad dictā ciuitatē ei obuiauit: ⁊ reuerenter illud excepit. Cū aūt mane coꝛpus vellēt educere: nullo modo inde moueri potuit: donec rex votū emiſit: ꝙ ſi ſe īde deduci ꝑmitteret: ibidē in noīe eius eccl'iam fabꝛicaret. Statiq̧ coꝛpꝰ ſine vlla difficultate inde motū eſt: ⁊ rex qd̓ vouerat adimpleuit. Idē miraculū die ſequēti in villa ep̄atus cōdenēſis que d̓ caſſelle cōtigit: ⁊ eodē modo ibidē in honoꝛe ſctī rex aliā eccleſiā cōſtruxit. Et q: videret ſctō cōplacere: vt in ſuo noīe eccl'ie plures fierēt: vbicūq̧ manſiſſet coꝛpꝰ nocte cū rege: timēs ne aliū locū ꝙ vbi deſiderabat ſibi eligeret: in honoꝛe eius eccl'iam inchoabat. Sicq̧ cū gaudio papiā deducit̄ ⁊ in eccl'ia ſancti petri que d̓ celū aureū honoꝛifice collocatur pridie kalē. martij: vbi claris virtutum ſignis effulget.

¶ De ſanctis ducentis ⁊ ſeptuaginta duobus martyꝛibus. Cap. clxij.

Ducēti ⁊ ſeptuaginta duo martyꝛes rome ſub claudio paſſi ſunt: quos p̄mo ꝓ xp̄i noīe ad arenā fodiendam damnatos iuſſit claudiꝰ vt foꝛas muros poꝛte ſalarie i āphitheatro mitterent̄: ibiq̧ ſagittis militū interficerent̄. Quod audiēs marius cū filijs ſuis audifax ⁊ abachuch: vt in eoꝛum paſſione habet̄. xiiij. kalen. febꝛuarij: illuc acceſſerūt iohāne p̄ſbytero ſecū aſſumpto: vt ſanctoꝛū coꝛpoꝛa ſepelirēt. Et inuenerūt ipſa igni ſuperpoſita. Tunc exuētes ſe ceperunt coꝛpoꝛa ſubtrahere: ⁊ ſepelire quotquot ex ipſis potuerūt: que et ibidem ſub cliuio cucumeris recondiderunt. Cetera vo igne conſumpta ſunt. Qui paſſi ſunt kalen. martij.

¶ De ſancto Herculano epō. Cap. clxiij.

Herculanꝰ ep̄us ciuitatis ꝑuſine anno. xvij. iuſtiniani imꝑatoꝛis ſub rege gothoꝛū totilla paſſus eſt: vt ait ſigibertus. Hic ex cōuerſatione monaſterij ad ſacerdotalis oꝛdinis gratiaꝫ deductus eſt. Totille aūt regis gothoꝝ tempoꝛibus eandem vꝛbem annis ſeptē continuis exercitꝰ gothoꝛū obſedit: ex qua multi ciuiū fugerūt qui periculū famis ferre nō poterāt. Anno vo. vij. necdū finito obſeſſam vꝛbeꝫ exercitus gothoꝛū intrauit. Tūc comes q̇ exercitui p̄erat ad regē nūcios miſit exq̇rens: q̇d de ep̄o vel ppl'o fieri iuberet. Qui mādauit ep̄o pꝛimo a ceruice vſq̧ ad calcaneū coꝛrigam tolli: ⁊ tūc caput eiꝰ āputari: oēs vo ppl'm gladio extīgui. Tūc idē comes crudelitatē tātā abhoꝛrēs herculanū ep̄m ſup murū vꝛbis capite trūcauit: eiuſdēq̧ cutē iam moꝛtui a vertice vſq̧ ad calcaneū incidit: vt ex eius coꝛꝑe coꝛrigia ſubtracta videretur: moxq̧ coꝛpꝰ extra murū ꝓiecit. Quod q̇dā hūanitate cōpulſi abſciſum caput ceruici apponētes cum coꝛꝑe ꝑuuli infantꝭ illic iuxta muros repto ſepulture tradiderūt. Cūq̧ poſt eādē cedē die. xl. rex totilla miſiſſet: vt ciues vbilibet diſperſi ad ipſam ciuitatē ſine trepidatione remearēt. hi q̇ pꝛus famē fugerāt: accepta viuēdi lr̄a reuerſi ſūt. Qui coꝛpꝰ ep̄i ſui ꝑq̇rētes: effoſſa terra vbi iacebat coꝛpꝰ pueri parit̄ hūati: vtpote die. xl. coꝛruptū ⁊ vmibꝰ plenuꝫ: coꝛpꝰ vo ep̄i ac ſi die eodē eēt ſepultū īuenerūt. Et qd̓ mirabiliꝰ eſt: ita caput eiꝰ vnitū fuerat coꝛpoꝛi: ac ſi nequaq̄ fuiſſet abſciſum: in q̇ nec ſectiōis veſtigia apparerēt: ⁊ ſil'r tergū eiꝰ ꝑq̇rētibꝰ ita ſanū atq̧ intemeratū oīe coꝛpꝰ inuētū eſt: ac ſi hoc nulla inciſio ferri tetigiſſet: qd̓ intra vꝛbem adducentes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

honorifice ſepelierunt: qui paſſus eſt kal. mar-
tij. Hec gregorius. iij. dialogo cap. xiiij.

¶ De ſancto albino epo. Cap. clxiiij.

ALbinus eps tēpo-
re ſancti egidij abbatis floruit.
Hic de regione Venetina: que
oceani britannici confinis eſt:
nobilibus parētibus ortus tini
laceñ. monaſterij primo mona-
chus fuit. Qui cum aliqñ ad obedientiā abba-
tis perficiendam pergeret: ⁊ ſubito tempeſtas
nimia ingrueret: ⁊ domꝰ ad quā cū alijs diuer-
terat ipſa tempeſtas etiā tectū contriuiſſet: om
nibus alijs qui in eadem ſe domo reduxerunt
madefactis: ipſe ſolus a pluuia immunis fuit.
Deinde annorum. xxxv. exiſtēs ipſius monaſte
rij abbas factus eſt. Qui ipſi regimini laudabi-
liter prefuit annis. xxv. Poſt hec annorū. lx. an
degauis epiſcopus ordinatur. Curecꝫ paſtora-
li vigilanter inſedit annis. xx. diuinis operibꝰ
vacās multiſcꝫ miraculis coruſcās. Inter que
duos mortuos ſuſcitauit. In aſiaco monaſterio
cecum illuminauit: ⁊ mulierem dudum ab im-
mundo ſpiritu vexatam liberauit. ¶ In ande-
gaueñ. ciuitate ſedis ſue: dum pro carceratis in
turri detentis ad iudicem interueniſſet: nec ali
cuius liberationem obtinere potuiſſet: oratio-
nem fudit. Statimcꝫ ſaxum quadrum de muro
turris exiliens: incluſis exeundi aditum fecit:
omneſcꝫ continuo exierunt ⁊ deo ac ſancto gra
tias egerūt. Quieuit in pace kalen. martij. Se
pultus andegauis. In cuius exequijs paraly-
tici tres ſanati ⁊ duo ceci illuminati ſunt.

¶ De ſancto donato martyre. Cap. clxv.

DOnatꝰ martyr apd
carthaginē aphrice ciuitatē paſ
ſus eſt. Qui ſub iudice niſatio
⁊ marcellino tribuno: cū eēt mi
litaris: in xpi cōfeſſione gladio
cedēte martyrij coronam ꝑcepit kalendas mar
tij: vt dicit ado.

¶ De ſanctis pluribus martyribꝰ. Cap. clxvi.

MArtyres plurimi: quo
rum tñ certus numerus minime re-
perit. Rome ſub alexandro impera-
tore paſſi ſunt. Quos idem auguſtꝰ
diu cruciatos capitali ſentētia in extremo dam
nauit. vi. noñ. martij. Hec ado in martyrologio.

¶ De ſanctis quadringētis mar. Cap. clxvij.

QUadringenti fere
martyres a lōgobardis paſſi ſūt.
Quos cum lōgobardi italiam de
uaſtantes cepiſſent: more ſuo im
molauerunt caput capre diabolo.
Hoc circunferentes per circuitū ⁊ carmine ne-
phando dedicantes. Cuncꝫ illud ipſi prius ſub
miſſis ceruicibus adorarent: eoſcꝫ quos cepe-
rant hoc adorare pariter compellebant. Sed
ex eiſdem captiuis permaxima multitudo pau
cis videlꝫ exceptis obtemperare iuſſis ſacrile-
gis noluit: ⁊ ceruicē quā ſemper creatori flexe
rat: creature inclinare contēpſit. Quapropter
hoſtes qui eos ceperant graui iracundia accen
ſi: cunctos gladijs interfecerūt. Quos in erro-
re ſuo participes habere nequiuerunt. Hec gre
gorius. iij. dialogo. cap. xviij. Qui paſſi ſunt ſe
xto nonas martij.

¶ De ſctis pluribus epis mar. Cap. clxviij.

EPiſcopi plures mar-
tyres: quorum etiam nec certꝰ nume-
rus ſcriptus colligitur: iuſtiniani au-
guſti temporibus apud aphricā paſſi
ſunt. Nam cum perſecutio vandalica in parti-
bus illis vehementer inſaniret: quidam in de-
fenſione veritatis epi fortiter perſiſtēs ad me-
dium ſunt deducti. Quos vādalorū rex verbis
ac muneribus flectere ad perfidiā nonvalens:
tormentis frangere eos poſſe credidit. Nā cū
eis in ipſa defenſione veritatis ſilētiū indiceret:
nec tamen ipſi contra perfidiā tacerent: raptꝰ
in furorem eorū linguas abſcidi radicitus fe-
cit. Qui ita poſt pro defenſione veritatis etiam
ſine lingua loquebantur ſicut prius loqui ꝑ lin-
guam conſueuerant. Hos omnes iuſſit poſtmo
dum idem rex in exilium deportari. Qui multo
poſt tempore ſuperuixerūt. Et quidam ex ipſis
miraculum narrantes conſtantinopolim vene-
runt: vnus autem illorum ſtatim vt in luxuriam
decidit loquēdi facultatem amiſit. Hec idē qui
⁊ vbi ſupra cap. xxxij.

¶ De ſanctis Iouino ⁊ Baſileo
martyribus. Cap. clxix

IOuinus et Baſile
us martyres Rome via latina
paſſi ſunt ſub Valeriano ⁊ Ga-
lieno imperatoribus. Qui per
gladium palmam martyrij per-
ceperūt ſexto nonas martij: vt
dicit Ado.

¶ De ſancto Guilelmo preſbytero. Cap. clxx.

GUilelmus angli-
cus ſacerdos vir charitatiuus:
ſanctitate vite pollens ac mori
bus: ⁊ officij ſui proſecutor ſtre
nuus tempore henrici. iij. impe
ratoris plenꝰ ſanctitate migra-
uit ad xpm. vi. noñ. martij. Ad cuius ſepulchrū
xpe mortis eiꝰ ceci illumiati ſunt: claudi erecti:
⁊ alij plures a diuerſis infirmitatibus liberati.
vñ ⁊ corpꝰ eiꝰ a multis pegrinātibꝰ viſitat per
gentibꝰ ad ipm deuotionis cā. Hec vincētius.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN